



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Secundus & Vigésimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

impiorum non moritur, & inferos suos iam apud superos patuntur. Nec alia est flamma, in qua cruciat diues ille comestator euangelicus. Nec alia supplicia inferorū, de quibus multa scripsere poetae, q̄ perpetua mentis anxietas, quae peccandi cōsuetudinē comitatur. Tollat igitur qui velit futuri saeculi tam diuersa prēmia, habet annexū sibi virtus propter q̄d abunde debeat expeti, habet adiunctū p̄c̄m, cuius causa debet horreri

¶ Canon Vigésimus primus.

Ad haec cogita, q̄ erummosa, q̄ fugax sit vita praesens, q̄ vnicuique imminens insidiosa mors: q̄ passim opprimit inopinantes. Et quum nemo vel de momento vitae sit securus, q̄ ingens periculum, eam cōperendināre vitam, in qua si te mors subitanea (vt saepe accidit) deprahenderit, in aeternum perisli,

Vitae breuitas.

¶ Canon Secundus & Vigésimus.

Tum semper erit formidanda impoenitentia/ malorum extremū, illud nimirū perpendenti, ex q̄ multis, q̄ paucis peccatis vere ac toto peccatore respiscunt, praesertim ijs, qui funiculos iniquitatis in extremū vsq; vitae proraxerūt. Lubricus quidē & facilis in turpitudinem lapsus, sed hinc reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Proinde vel hirci Aesopici casu admonitus, priusq̄ in peccati puteum descendas, cogita non perinde facilem esse reditum

Impoenitentia ante oia cauēda

Prover
18
Eaei. 6,

Remedia contra specialia quaedam vicia, & primum contra libidinem.

Et haecenus quidem communia aduersum omne viciorum genus remedia/ vtrūq; demonstrauimus. nūc conabimur, & speciatim quaedā tradere, quibus modis cuiq; p̄c̄o debeas occurrere, ac primū libidini, q̄ malo nullū aliud/ neq; prius nos impedit, neq; acrius vrget, neq; lati⁹ patet, neq; plures ī exitiū trahit. Si q̄n igit̄ foeda libido stimulat animū tuū, his armis p̄tinus memēto occurrere. In primis cogita, q̄ immunda, q̄ spurca, q̄ quouis etiā homie indigna sit ea voluptas, quae nos diuinū plasma, non pecudibus modo, verū etiā suis, hircis,

Libidinis remedia.